

In sacris literis frequenter jubetur, *Redite prae- A*
varicatores, ad cor: Convertimini ad me, & ego con-
vertar ad vos, ut scilicet libertatis nostrae admo-
 neamur. Et tamen nisi donum Dei esset etiam ipsa
 ad Deum conversio, non ei discreteur: *Deus virtu-*
tum converte nos: Deus tu conversens vivificabit
nos. Et quod pro completorio quotidie iteramus,
Converte nos Deus salutaris noster. Cum igitur Do-
 mino praecipiente ut ad eum convertamur, res-
 pondemus, *Converte nos Domine ad te, & conver-*
temur, Dei nos gratis proveniri confitemur. Hinc
 Jerem. 31. *Converte me, & convertar: quia tu Do-*
minus Deus meus. Postquam enim convertisti me;
egi poenitentiam.

Ipse Salvator, suae per ministros vocis imperio, B
 humanam convenit voluntatem, dicens: *Poeniten-*
tiam agite Act. 2. Matth. 3. & 4. Ipsum tamen esse
 qui ut poenitentiam donec, orandus est; indubitata
 veritate tenemus, quia *& gentibus poenitentiam*
dat Deus ad vitam Act. 11. 2. Tim. 2. *Et non ven-*
ni vocare justos sed peccatores ad poenitentiam. Lu-
 cae 5.

Jubetur ut aperiamus os nostrum, ubi dicitur: Aperi-
 tio oris.
Dilata live aperi os tuum, & implebo illud, psal. 80.
 Et tamen Deus est qui non solum aperit os & cor
 nostrum (juxta illud Ezech. 29. *Tibi dabo aper-*
tum os in medio eorum: Et cap. 33. *Aperuitque os*
meum. Et cap. 15. *Ecclesiastici In medio Ecclesie*
aperiui os ejus. Et Act. 16. *Quaedam mulier nomi-*
ne Lydia colens Deum audivit, cujus Dominus aper-
ruit cor invidere his quae dicebantur a Paulo.) sed
 insuper rogatur ut aperiat. Dicente enim Domi-
 no bonorum omnium largitore, *Aperi os tuum,*
& ego adimplebo illud; audemus eidem verbis pro-
 pheticis dicere, *Domine labia mea aperies* Pl. 50. ait
 S. Leo ser. 7. de Passione. Hinc & 2. Machab. 1.
 scribentes & orantes dicunt: *Adaperiat cor ve-*
strum in lege sua & in preceptis suis.

Jubetur frequentissime Deum laudare & can-
 ticum ei dicere: *Lauda anima mea Dominum,*
 psal. 145. *Laudate Dominum quoniam bonus,* psal.
 146. *Cantate Domino canticum novum,* psal. 149.
 Verum ut os nostrum in Dei laudes prorumpat,
 libia nostra prius sunt per eum aperienda, juxta
 illud: *Domine labia mea aperies, & os meum*
 annuntiabit laudem tuam: Imo ipse est qui canticum
 cantare donat, dicente psalmista, *immisit in os meum*
canticum novum carmen Deo nostro.

Mandatur nobis custodia linguae ubi dicitur:
 Custodia linguae.
prohibe linguam tuam a malo Psal. 33. quod tamen
 Domini sigubernare linguam, affirmat Sapiens,
 proverb. 16.

Jubetur custodia oris, quando dicitur, *ori tuo*
 facio ostia, eccles. 28. hoc tamen a Deo petimus,
 psal. 140. dicentes, *Pone Domine custodiam ori*
meo.

Jubetur loqui quando dicitur, *surge & loquere* E
ad eos omnia quae ego praecipio tibi Jerem. 1. quia ta-
 men nos non sumus qui loquimur, sed spiritus Pa-
 tris qui loquitur in nobis, orantes dicimus: *Tribue*
sermonem compositum in ore meo. Ester 14.

Nobis dicitur; *Averte faciem tuam a muliere*
 compta, Ecclesiastici 9. Deo autem respondemus,
Averte oculos meos ne videant vanitatem.
 psal. 118.

Praecipitur aperire aures ad audiendum in psal.
 Aperi-
 tio au-
 rium.
 77. *Inclinate aurem vestram.* Et Proverb. 4. *Ausculta*
sermones meos, & ad loquia mea inclina au-
rem tuam: & rursum cap. 5. *Prudentia mea incli-*

na aurem tuam. Deus tamen est qui aperit aures vi-
 vorum Job. 33. Unde Isaias cap. 50. *Dominus Deus*
aperuit mihi aurem.

Jubetur Renes praecingerè, cum dicitur, *Sint*
lumbi vestri praecincti: hoc tamen a Deo petimus cinctio,
 psal. 16. dicentes *Ure renes meos,* & in oratione
 Ecclesiae, *Ure igne S. spiritus renes nostros & cor no-*
strum Domine.

Jubetur custodia pedum & gressuum, ubi dicitur, Custodia
 dia pes-
 dum.
Custodi pedem tuum, Ecclesiastae 4. *Averte*
pedem tuum a malo. Proverb. 4. *gressus rectos facite,*
 Hebr. 12. Veruntamen Deo supplices dicimus,
gressus meos dirige secundum eloquium tuum Psal.
 118.

Jubetur accedere ad Deum, quando Isaias 65. Appropin-
 quate
 Deum,
 dicitur, *Appropinquate Deo:* scientes tamen quod
 non itur ad ipsum, nisi per ipsum, dicente Domi-
 no Joannis 6. *Novo venit ad me, nisi Pater qui mi-*
sit me traxerit eum. Respondemus *Trabe me post te,*
curreremus, Cant. 1. Et psal. 85. *Deduc me in via*
tua.

Jubetur observatio mandatorum, Psalmista
 Obser-
 vatio manda-
 torum.
 Psal.
 118.
 attestante, qui (psal. 118.) ait, *Tu mandasti man-*
data tua custodiri nimis: Christo etiam (Matth.
 19.) pronunciante, *Si vis ad vitam ingredi, serva*
mandata: ut tamen ea servemus, suppliciter cum
 eodem psalmista dicimus: *Utinam dirigantur via*
mea ad custodiendas justificationes tuas. Et, *Clamavi*
ad te: salvum me fac ut custodiam mandata tua. De-
duc me in via mandatorum tuorum. Et iterum,
Inclina cor meum in testimonia tua. Qui dicit, In-
clinavi cor meum (ait Aug. conc. 23. in illum
 psal.) *Ipse iam dixerat, Inclina cor meum in testi-*
monia tua: ut intelligamus simul hoc esse & divini
 muneris, & propriae voluntatis.

Jubetur ut simus patientes, ubi dicitur *Patien-*
 Patientia.
tes estote ad omnes, prima Theff. 1. *In tribulatione*
patientes, Rom. 12. *Patientes estote fratres,* Jac. 5.
 Ipsa tamen patientia fructus spiritus ponitur, Gal.
 5. & non nisi a Deo donari offenditur, psal. 61.
Quoniam ab ipso patientia mea. Ego scio, dicit Do-
 minus Jerem. 29. *cogitationes quas cogito super vos,*
cogitationes pacis & non afflictionis, ut dem vobis
finem & patientiam.

Jubetur esse pacifici, pacem quaerere & habe-
 Pacis
 re; psal. 33. *Inquire pacem & persequere eam.* Mar-
 ci 9. *Pacem habete inter vos:* Rom. 12. *Si fieri po-*
test, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pa-
cem habentes. Et tamen pacem singulare Dei do-
 num esse agnoscit Ecclesia frequenter iterans illud,
Da pacem Domine in diebus nostris: Et, *Da servis*
tuis illam quam mundus dare non potest pacem, Con-
 formiter scripturae Num. 6. *Convertat Dominus*
vultum suum ad te, & dei tibi pacem. Hinc & Apo-
 stolus toties iterat, *Gratia vobis & pax a Deo Pa-*
tre nostro, & Domino Jesu Christo.

Jubetur ut serviamus Domino in timore, psal.
 Rom. 7.
 1. Cor.
 1. 2.
 Cor. 1.
 ad Gal.
 ad E-
 phes. ad
 Coloss.
 ad Phil.
 pp. 1.
 Servire
 Deo.
 Timor
 Dei.
 2. *Ut autem serviamus Deo, Dominica proxime*
praeterita postulamus, fac nos tibi semper & devo-
tamovere voluntatem, & majestati tuae sincera cor-
de servire.

Jubetur ut timeamus Deum, quando dicitur,
 Timete
 Deum.
 Timete
 Deum.
 Timete Dominum omnes sancti ejus, psal. 33. Ipse
 autem timor inter dona Spiritus recipitur Isaias
 11. ubi post aliorum enumerationem subiungitur,
Et replebitur cum spiritu timoris Domini. Fi-
 lijs quoque novi testamenti promissus legitur
 Jerem. 32. *Timorem meum dabo in corde eo-*
rum.